



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De filiabus. cap. lvi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](#)

A opera Domini, & mirabilia eius in profundo. Quenam mirabilia? Mare ad nubes usque Psalm. 106.
intumescens, terram in mediis aquis elucentem, nam e sublimi fluctu pendentem, ac nunc
per undarum cauitatem tanquam in praecipitabentem, ac subfidentem, nunc rursum at-
tollentibus se se fluctibus in aere tanquam funda quadam elatam.

Ventorum impetu ab imo fundo perturbatum mare, atque ingenti vi impulsu, arenæ
terminos minime transflit. Terminum enim, inquit ille, posuisti, quod non præteribit. Ve- Psalm. 103.
rum cum fluctus e pelago volutus percurserit, atque astuans se excauarit, ac quodam-
modo rugiens intumuerit, & in littora elatus propenderit, diuinam legem in arena im-
pressam legit, statimque refringitur & reuoluitur, ac velut reverentia quadam ac mo-
dus affectus in caput relabitur, atque in se dilabitur: nec impositas sibi arenæ metas excedit.

B Os singulare miraculum! ingens illud atque horrendum mare ab arena, hoc est re instabili,
queq; facile huc atq; illuc disiici potest, tanquam muro quodam obseptitur: ac terra tenuis &
lanuginosa, queq; a ventis huc atque illuc spargitur, furentes fluctus frenat ac reprimit.

Mare admirari operæ pretium est, cuius beneficio terræ bonorum commutations inter Philos.
se vicissim pendunt: atq; ea, quibus carent, accipiunt, & ea, quibus abundat, remittunt.

De filiabus.

CAP. LVII.

C **M**ULIER si quipiam voverit, & se constringerit iuramento, Num. 30.
quæ est in domo patris sui, & in ætate adhuc puellari, si cognouerit pater votum quod pollicita est, & iuramentum quo obli-
gauit animam suam, & tacuerit, voti rea erit: quicquid pollicita
est, & iurauit, opere complebit. Sin autem statim vt audierit, cō-
tradixerit pater: & vota, & iuramenta eius irrita erunt, nec ob-
noxia tenebitur sponsioni, ed quod contradixerit pater.

Filiæ tibi sunt? Serua corpus illarum, & non ostendas faciem tuam hilarem ad Ecli. 7.
illas. Trade filiam, & grande opus feceris, & homini sensato da illam. Filia pa-
tri abscondita est vigilia: & cura ipsius submouet somnum. In filia impudente
firma custodiam. Filia fatua in deminoratione est. Filia prudens hæreditatem
afferet viro suo: nam quæ confundit, in mœrorem fit genitoris. Patrem & virum
confundit audax: ab utrisque autem inhonorabitur.

D Volo adolescentulas nubere, filios procreare, matresfamilias esse. 1. Tim. 5.

Quod nemini temere confidendum sit.

CAP. LVIII.

E **N**OLITE credere amico: & nolite confidere in duce: ab ea quæ dor- Mich. 7.
mit in sinu tuo, custodi claustra oris tui. Quia filius contumeliam fa-
cit patri, & filia consurgit aduersus matrem suam, nurus aduersus so-
crum suum: & inimici hominis domestici eius.

V nusquisque se à proximo suo custodiat, & in omni fratre suo nō Hier. 9.
habeat custodiam: quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus
fraudulenter incedet, & vir fratrem suum deridebit.

Coram extraneo ne facias quicquam absconditum: nescis enim quid pariet. Ecli. 8.
Non omni homini cor tuum manifestes: ne forte conuictetur tibi. Ne consilium
ineas cum homine tibi inuidente: & ab æmulatoribus abstrahere consilium tuum.

De messe & vindemia.

CAP. LVIII.

F **M**essueris segetes terræ tuae, non tondebis usque ad solum superfi- Levit. 19.
ciem terræ, nec remanentes spicas colliges. Neque in vinea tua racemos,
& grana decidentia congregabis, sed pauperibus & peregrinis carpenda
dimittes.